

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Qum fuerit mercurius dominus anni seu revolutionis et ipse boni esse atque dispositus liber ab impedimentis significat bonum esse negotiorum sapientium atque scriptorum et magnorum operum et aristometricorum; numero ventium per modum docendi et geometræ; significat etiam boni esse puerorum sumus quod ipse fuerit iunctus cum planetis. Nam si fuerit iunctus cum planeta masculino accidet hoc in masculinis: si cum feminino accidet hoc in feminis: et eo melius si receptor est dominus dominus sue. **C** At si ipse fuerit dominus anni et dominus ascendentis fuerit liber ab impedimentis et asperxerit ei aliquam fortunarum inuenient hodie a rege bonum: et quilibet inueniet bonum a suis dominatoribus: et audiatur ab eis et inueniet ab eis honor et atque laude et bonum statum et laudabilem: eritque annus utilis dictis personis. Si autem fuerit impeditus nec fuerit receptus significat contrarium eius quod dixi est: quia inuenient homines distinctionem a regibus et suis dominatoribus et deprimuntur ab eis: eritque annus contrarius pueris sapientibus atque negotiatoribus et alijs predictis. **C** Et dixit albumasar si autem cum hoc aspectu eum malus destruet esse eius de loco que dixi. Et dixit et si fuerit luna libera amalis multiplicabuntur pluviae et frigus: et legati gaudebunt atque inuenient bonum: et eo melius ac dignius si fuerit receptus: quia tunc inuenient locum dignitatis a rege ac regibus: et pluet in tempore suo cum necesse fuerit. Si autem fuerit mali esse ac male dispositus significat impedimentum ac malum esse regis et eorum malam dispositionem cuiuslibet sum subiectum. Si autem non fuerit iunctus masculinis et feminis simul significat quod acciderit hoc universaliter in pueris atque paucis. **C** Et dixit albumasar detrimentum partitur quicquid est eius ex hoc. Secundo erit narratio super ea que ad eum pertinent et super figura humana terrena aerea et aquatica et bestialia: aspectu quoque malorum et fortunarum ad eum et indumentum eius ex eis. Et dixit horum enim erit narratio quemadmodum patescet tibi in capitulo saturni equaliter.



C Qui si fuerit ariete vel eius triplicitate et maxime in ariete significat abundantiam aquarum sive multitudinem pluviam: et paucitatem annone in partibus occidentibus et detrimentum vini: et significat ventos validos fluctuos in illa revolutione et forez actenues et molles nubes: et mortem puerorum ut dixi. Si autem fuerit iuncta luna significat multitudinem piscium. Si autem fuerit iunctus soli significat abundantiam vini: et saturationem mulierum: et eo fortius si fuerint mars et venus tunc cum sole cum iungitur ei mercurius. Si autem fuerit saturnus in loco veneris significat multiplicationem aquarum. Si vero fuerit cum eo solus mars significat dolores oculorum: et multitudinem guerrarum atque bellorum,